

hantur de portu ad faciendum uiaticum suum usque ad medium mensem agusti.

Preterea ordinamus et precipimus quod omnes naues que debent transire Maleum per muduam agusti, *parate sint ita quod usque ad medium mensum agusti (a)*, omni occasione cessante, patroni nauium trahant eas extra portum sancti Nicolai, ad faciendum uiaticum suum sine dilatione. Et hoc facere teneantur patroni nauium
 c. 34t. sub pena soldorum XX uenecialium pro quolibet || miliaris nauis prout fuerit extimata; quam penam patroni nauium qui hoc fecerint nostro communi debeant emendare.

(a) Aggiunto in margine.

C.

Item hec sunt a predicto domino Jacobo Teupulo inclito duce Venetiarum addita et in contione publica conlaudata, anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo tercio, mense augusti, die XV intrante, VI indictione.

[1]. *Capitulum qualiter naues computari debeant in kantariis ad caricandum.*

Statuentes statuimus quod nauis de miliariis mille computetur a modo de cantariis ML ad caricandum, scilicet nauis que caricauerit in partibus ultramarinis. Et que fuerit de miliariis dccccxxxx computetur kantaria. Mxxxviii.

De milliariis dccccxxx	kantaria mxxvi.
De milliariis dccccxx	kantaria mxiiii.
De milliariis dccccx	kantaria mii.